



Theses medicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/295257>

19
T H E S E S
MEDICÆ INAUGURALES,

Q U A S

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate MAGNIFICI RECTORIS

ALEXANDRI PETRINA HUYS,

A. L. M. Phil. & Med. Doct. Medicinæ, Botanices,
Chemiæ & Physiologiæ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *consensu, et*
Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ *decreto,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S

Summisque in MEDICINA Honoribus, ac Privi-
legiis rite ac legitime consequendis,

Eruditorum Examini Submittit

JOSEPHUS ANTONIUS DA SILVA E MELLO,


L U S I T A N U S.

Ad diem XV. *Novembris* MDCCCLXXX. H. L. Q. S.

TRAIECTI AD RHENUM,

Ex officina ABRAHAM I VAN PADDENBURG,

ACADEMIAE TYPOGRAPHI, MDCCCLXXX.



THESES

MEDICÆ INAUGURALES.

I.

Febris putrida inflammatoriæ opposita est, in illa enim sanguis potius dissolutus, quam densus, & spissior reperitur.

II.

In illa igitur nunquam venæ sectio convenit, verum alvum Laxantia, putridam materiam ex primis viis expellentia, dein Acida Mineralia & Cortex Peruvianus.

A

III.

2 1857 T H E S E S

I I I.

Cortex Peruvianus, etsi optimum antisepticum remedium, non tamen convenit illis in febribus, in quibus primæ viæ saburra obsessæ, vel viscera tenaci materia infarctæ sunt.

I I I I.

In Mensium suppressione venæ sectio in pede plerumque plus levaminis adfert, quam eadem in brachio instituta.

V.

Quo Natura vergat, eo semper est ducenda.

V I.

Præstat anceps remedium tentare, quam nullum.

V I I.

Fœtus in utero determinatum non habet situm, verum

MEDICÆ INAUGURALES.

3

rum durante graviditate situm illum sæpius mutare videtur; versus finem graviditatis tamen plerumque caput ipsius versus uteri ostium descendit, incerto tamen tempore.

V I I I.

Videtur vera Communicatio locum habere inter vasa Matris & Placentæ.

I X.

Sanguis menstruus non est venenatus.

X.

Membranz Corporis, Dura, & Pia Mater dictæ, Pleura, Mediastinum, Pericardium, Peritonæum & Tendines sensu carere videntur.

X I.

Circulationis sanguinis inventio unico Harvæo debetur; etsi varii alii, immerito licet, sibi hunc honorem tribuant.

A 2

XII.

XII.

Causa Cordis motus perpetui a sanguinis continuo influxu repetenda est.

XIII.

Calor corporis non dependet a solo motu sanguinis progressivo, multo minus ab effervescencia acidi cum alcali.

XIII.

Nullo fido experimento innititur opinio Leeuwenhoeckii & Boerhavii de divisione globulorum sanguinis rubrorum in sex minores & sic porro.

XV.

Inter Pulmones & Pleuram nullum spatium, & adhuc minus, aëre repletum.

XVI.

Omnis respiratio incipit cum inspiratione, & primæ inspirationis.

MEDICÆ INAUGURALES.

3

spirationis causa est aër, gravitate sua pulmones intrans.

XVII.

Per aeris ingressum & egressum e Pulmonibus sanguis non ita refrigeratur, quam quidem liberatur a suo superabundante Phlogisto.

XVIII.

Fibris muscularibus inest peculiaris quædam vis contractilis, diversa a vi contractili reliquarum corporis partium.

XIX.

Videtur nervus quinti Paris æque, ac ille noni Paris nervorum Cerebri suum ad Gustum conferre.

XX.

Sic & nervus quinti Paris suum quoque ad Olfactum contribuit, & cum nervo primi Paris proin corperatur.

.XXX

A 3

XXI.

XXI.

Retina, seu medullaris nervi optici portionis expansio, est immediatum Visus organum, nequaquam vero Choroides.

XXII.

Cur binis oculis unum tantum objectum videamus, non ita certum est, videtur tamen ratio hujus phaenomeni derivanda a similitudine sensationis.

XXIII.

In intestinis verus Motus Peristalticus locum habet, etsi non semper in vivis animalibus apertis conspiciatur.

XXIV.

Varia corporis viscera uti Hepar, Lien, Renes, Testiculi fabricam glandulosam non habent, uti voluit Malpighius.

MEDICÆ INAUGURALES.

7

X X V.

Ex sanguine Venæ Portarum secernitur Bilis, atque
sanguis ille differt a reliquo corporis sanguine.

T A N T U M.

ALEXANDRI PETRI NAHUYIS,

A. L. M. Phil. & Med. Doct. Medicinæ, Botanices,
Chemiæ & Physiologiæ Professoris Ordinarii,

NEC NON

Apud Senatus Academicæ Universitatis,
Medicæ Facultatis Jurisconsul. Secret.

PRO GRADU DOCTORATUS

Scriptum a JOHANNI JOSEPHO PORTER, ac
per scriptum a JOHANNI JOSEPHO PORTER, ac

Examinatum a SENATU ACADEMICO

HUBERTUS PHILIP VAN NEEFTEN,

ORDINARIUS SECRET.

ATQUE A SENATU ACADEMICO

TRAJECTI AD RHEMUM,
EX OFFICINA ABRAHAM VAN RAODENBURG,
ACADEMICÆ TYPOGRAPHI, MDCCCXX.

7

Y X X

Ex sanguine Venae portantur secretum Bilis, atque
sanguis ille differt a reliquo corporis sanguine.

МУТНАТ